

Jakob Carmon

**Ad Continuandum Magnum Seculi Lutherani Jubilæum Ac Audiendam Orationem  
publicam Academicam De Religione Lutherana Sub imagine Petræ Ab Alto  
Eminentis, cum lemmate: Fluctibus Tacta: Non Fracta, Qvam ... die XI. Novembr.  
Ao MDCCXVII. ... habebit ... Dn. Laur. Joh. Friedr. Dihn, S. S. Theol. Stud.  
Mecklenb. ... invitat Jacobus Carmon/ Phil. & U. J. D. Eloqv. P. P.**


Rostochii: Typis Joh. Wepplingii, [1717?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1012175804>

**Abstract:** Feier der Universität Rostock zum 200. Jahrestages der Reformation.

Druck    Freier  Zugang





Bibl.


Schol. Gustrow.

1836.

~~Mk 310~~

Mk - 7775.





*AD*  
Continuandum Magnum SECULI LUTHERANI  
*JUBILÆUM,*

*Ac*  
Audiendam Orationem publicam Academicam  
*DE*

## RELIGIONE LUTHERANA

Sub imagine

PETRÆ AB ALTO EMINENTIS,  
cum lemmate :

FLUCTIBUS TACTA: NON FRACTA.

*AUGUSTISSIMIS AUSPICIIS SERENISSIMI  
PRINCIPIS AC DOMINI,*

**DNI. CAROLI  
LEOPOLDI,**

PRINCIPIS VETUSTÆ GENTIS HENE-  
TÆ, SVERINI AC RATZEBURGI, COMITIS ITEM SVERI-  
NENSIS, TERRARUM ROSTOCHII ET STARGARDIÆ DY-  
NASTÆ, ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS PATRONI AC  
CANCELLARII MAGNIFICENTISSIMI, DOMINI NO-  
STRI LONGE CLEMENTISSIMI,

RECTOR E MAGNIFICO  
**DN. M. JACOBO BURGMANNO,**

GRÆCAE LINGVÆ PROFESSORE ORD. CELEBERR.  
TEMPL. NICOLAITANI PASTORE GRAVISSIMO, FCTis SUÆ  
SENIORE VENERABILI,

DIE XI. NOVEMBR. A.O. MDCCXVII. HOR. X. MATUT.

IN AUDITORIO MAJORI habebit

*Nobilissimus & clarè Doctus,*

**DN. LAUR. JOH. FRIEDR. DIHN,**

S. S. THEOL. STUD. MECKLENB.

MAGNIFICUM Dn. RECTOREM, Illustris Regiminis & Utriusque Magi-  
stratus Proceres, omnium FCtum Dnn. Doctores. Licentiatos, Verbi Dis-  
vini Ministros, Præstantissimam Dnorum Studiosorum Coronam,  
omnesq; literarum Fautores submissè & officiosè invitati

**JACOBUS Garmon Phil. & U. J. D. Eloq. P. P.**

Rostochii, Typis JOH. WEPPLINGII, SERENISS. PRINC. & UNIV. Typogr.

35.



Nter beneficia Evangelica  
**SUMMI NUMINIS**, præci-  
puè mente & Voce extollimus,  
qvod non tantùm in tot fatali-  
bus Regionum ruinis & mu-  
tationibus, *Verum SUI Cul-  
tum* hactenus nobis tranquillum conserva-  
verit & etiamnum conservet; sed, prout il-  
lud Regno & Sceptro *MAJESTATIS  
SUÆ* gloriosum esse videt, splendidissimos  
etiam *Ecclesiæ suæ* concedat Triumphos,  
non Judaicos & Ethnicos, sed verè Eucha-  
risticos. Id, qvod facilè esset per Myria-  
des Testimoniorum à condito mundo ad no-  
stra usqve Tempora, ex pandectis sacris &  
historiis Ecclesiasticis deducere ac evince-  
re, nisi Exemplum Exemplorum hodie o-  
mnium oculos & corda ad suis traheret ad-  
mirationem, qvò ante ducentos Annos, sub  
Prae-

Præsidio suæ *MAJESTATIS DIVINÆ*  
& operâ Reverendissimi Patris B. *MARTINI LUTHERI*, Ecclesia *DEI* in sole qua-  
si tabernaculum naœta, pristino suo nitori  
restitui cœpit.

Hinc illi seculares *JUBILI*, qvos u-  
biqve hoc Anno edit *Cætus Evangelicus*. Hoc  
fine ex Mandato Clementissimo SERENIS-  
SIMI NOSTRI PRINCIPIS & ACA-  
DEMIAE CANCELLARII AC PATRO-  
NI MAGNIFICENTISSIMI, preces, can-  
tus & Tripudia nostra conjunximus. Sed  
ut Festivitatis hujus Terminus, qvem Ætas  
nostra colit, ipsaqve Posteritatis Posteritas  
in Æternitatis sacrario statuendum, meritissimè  
censebit, aliquantis per adhuc, uberiori  
plausu protahatur, proposuit sibi Nobilissimus  
& clare doctus DN. LAUR. JOH. FRID.  
DIHN, S. S. Theol. Stud. qvem Vita ac Erudi-  
tio sua Nobis diu commendavit, in Audi-  
torio Majori, mediante *Oratione solenni*, recen-  
sere: qvomodo *Doctrina Evangelica*, exci-  
tatis

tatis subinde motibus afflita qvidem, sed  
Paterna DEI O. M. Protectione, clemen-  
tissime adhuc sustentata sit & in plenissimo  
flore conservata. Actis deinde Magno  
Numini devotissimis gratiis, pro ulteriori  
*Verbi Ipsius salvifici* conservatione & peren-  
ni SERENISSIMI NOSTRI NUTRITII  
salute piis precibus instabit, junctis suspi-  
riis, ut SANCTISSIMA TRIAS Acad-  
emiam hanc in vera orthodoxia tutelæ & Cu-  
stodiae suæ velit habere clementissimè sibi  
commendatam.

Hujus ergo Optimi Viri Juvenis cona-  
tus laudandos publico programmate ut inti-  
marem, officii mei mihi injungit necessitas;  
**MAGNIFICUM Dn. RECTOREM**, Illustris Re-  
giminis Ducalis & Utriusque Magistratus Pro-  
ceres & Cives, omnesq;ve Eruditos, horumq;ve Fau-  
tores ac Patronos, ad actum hunc Oratorium,  
sua Illustri & honorificâ præsentia illuстран-  
dum, ea qva par est Reverentia &  
humanitate invitans.

Rostochii, d. X. Nov. Anno MDCCXVII.




Jo.  
vel  
en:  
  
et  
  
ins  
ude  
ich.  
ha  
neis.  
Ju  
ret/  
ar  
tien  
e an  
vie  
dein  
ben/  
Ro  
und  
gen  
je  
iner  
zen/  
het:  
set  
ste  
ing  
hen  
uch  
reib  
Ge  
dem  
n  
an  
gde  
nnt  
nnt  
nnt  
nnt











Aus  
An dem  
Erfreulichem E  
Des  
JUBILEI  
LUTHERANI  
Welches  
Zum Sventenmahl gefeyr  
wurde/  
Der  
Decanus Facultatis Medicæ  
**D. GEORGIUS**  
**THARDING,**  
Zur mehrerer Celebrirung ein  
**SOLENNE ORATI**  
Den III. Novembr. Anno MDCCXVII..  
Im grossen AUDITORIO hiel  
Ward  
Zur Vermehrung der Freude f  
ARIE  
Vor / zwischen und nach gehaltener / Rede  
abgesungen.



ROSTOCK/  
Gedruckt bey Niclas Schwiegerau / E. E. Rahts Buchdrucker.

21.